

Communica-
tio ad Privi-
legiorum, &
Indulgentia-
rum.

iusmodi personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium prepositorum consilio, eidem Ordini Fratrum B. Marie de Mercede Redemptionis Captivorum, illiusque Domibus, & Regularibus locis sub illo comprehensis, necnon Magistro Generali pro tempore existenti, Diffinitoribus, & Procuratoribus Generalibus, Visitatori, Consultoribus, Assessori, Superioribusque Provincialibus, & Conventualibus, aliisque cuiuscumque nominis Officialibus Superioribus, ac Religiosis omnibus, & singulis in eo professis, Fratribus pro tempore ad Captivos redimendos transmissis, & Capitulis Generalibus personis Regularibus, Novitiis, Conversis, Donatis, Oblatis, Ministris, famulis, cunctisque tam Officialibus, quam domesticis, & eorum Domibus intervenientibus, & ceteris dicti Ordinis, ac illius Domorum, & Regularium locorum personis quibuscumque pro tempore existentibus, necnon quibusvis aliis personis, ac Christianidelibus illorum Ecclesiarum, seu Cappellarum pro tempore visitantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, preeminentiis, antelationibus, concessionibus indultis, favoribus, Indulgentiis, aliisque prerogativis, & gratis universis, & singulis tam spiritualibus, quam temporalibus, singulis Domibus, Conventibus, & aliis Regularibus locis, ac personis, tam Canonicorum, quam Clericorum Regularium ubivis existentium insitutis, & non solum Ordinibus Monasticis, sed etiam Regularibus Mendicantium, & non Mendicantium, tam pro redimendis Captivis, quam alias quomodolibet Ordini SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiusque Domibus, Conventibus, & Fratribus, necnon omnibus, & quibuscumque Congregationibus Regularibus, & precipue Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium, & Canonicorum Congregationis Lateranensis, Sanctissimi Salvatoris de Bononia, ac etiam Sancti Ruffi Valentia, & Sanctae Crucis Colimbriae, Clericorum Regularium de Somasca, & Pauperum Matris Dei, ac Scholarum Piarum, ipsisque Monasticis Congregationibus, etiam Casinensi, aliisque Monachis & Monasteriis Sancti Benedicti, S. Hieronymi, Carmelitis Disalceatis, Conventui B. Marie de Guadalupe, necnon Societatis Iesu, ipsisque Carthusiensium, Premonstratentium, & Reformatorum Cisterciensium, Servitarum, Olivetanorum Ordinibus, aliisque similibus, & Societatibus Regularibus, militiis, Hospitalibus quibuscumque, & piis locis Regularibus, ac quibuscumque personis nunc, & pro tempore existentibus predictorum, & quorumlibet Ordinum, Societatum, & Congregationum Regularium, per Nos, & Sedem predictam, ac alios quoscumque predecessores nostros Romanos Pontifices, necnon ejusdem S.R.E. Cardinales, etiam de Latere-Legatos, & quovis Sedis predictae Nuncios, vel etiam tam Apostolica predicta, quam Ordinaria, & Regia, vel Imperiali auctoritati-

bus respective, aut alias quomodolibet quibuscumque verborum expressionibus, & tenoribus in genere, vel in specie, ac particulariter, tam per modum Communicationis, & ampliationis, quam simplicis, & individuae, ac particularis, & specialis concessionis, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolica potestatis plenitudine, etiam iteratis vicibus concessis hactenus, vel confirmatis, aut approbatis, & quibus illi tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorum remissiones, & injunctarum poenitentiarum relaxationes, aut alias quomodolibet de jure, usu, aut privilegio, vel consuetudine, quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, quamvis illa sint speciali nota digna, difficultique concessionis, & quae in generali concessione non veniant, non solum per participationem, communicationem, illorum extensionem, & ad illorum instar, sed speciatim, & nominatim pariformiter, & aequae principaliter in omnibus, ac per omnia abique ulla profusa differentia, perinde ac si illa dicto Ordini B. Marie de Mercede, illiusque Capitulis Generalibus, Magistro Generali pro tempore existenti, illiusque Superioribus, & personis predictis, specialiter, expresse, & nominatim, etiam per viam, & modum simplicis, & individuae, ac particularis, & specialis concessionis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut communicationis, & ampliationis concessa fuissent, quatenus tamen sint in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant: ita quod omnes, & singuli dicti Ordinis B. Marie de Mercede, & illius Domorum, locorumque Regularium Superiores, & Ministri quocumque nomine appellati, eosque favores, gratias Apostolicas, & privilegia, quae aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Iesu, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, aut locorum Regularium, & familiarum Generales, Superiores, Praepositi, Provinciales, Rectores, Priores Conventuales, aut Claustrales, Visitatores, Guardiani, Custodes, aut alio quocumque nomine, titulo, aut dignitate insigniti habent, similiter, ut supra habeant: fratresque, & Personae Regulares dicti Ordinis Beatae Mariae de Mercede Magistri Generales, Superiores, Ministri, & ceteri alii cuiuscumque appellationis praepositi, & Praefecti in dicto Ordine B. Marie de Mercede expresse professi, & in ejus gremio, & observantia viventes Fratres, & personas Regulares dicti Ordinis B. Marie de Mercede cum privilegiis, gratiis, & favoribus Apostolicis Ordinum, & Congregationum huiusmodi perpetuo secundum observantiam Regularem, & Canonicum Institutum dicti eorum Ordinis Beatae Mariae de Mercede regere, & gubernare, & respective visitare valeant, neque dictus Ordo B. Marie de Mercede super predictis omnibus, & singulis a quoquam quavis auctoritate, vel nomine molestari, perturbari, inquietari, aut alias quomodolibet in Judicio, & extra impediri possit, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas

Clausula
sem.

XX.

Extenditur senarius numerus Magistrorum ad duodenarium in Quito. Provincia Eremitarum S. Augustini.

Dat. 31. Julii
1690. An. I.

Similis extensio pro Provincia Batava extat Const. ed. 1690., Jan. 21, P. 1. Et Provincia Mexicana. Inn. XII. Const. ed. 1692, Sept. 28, P. 3.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perp. rei memoriam.

semper, & perpetuo, tanquam ad Divini cultus, & bonorum operum augmentum, & Religionis propagationem tendentes, validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis firmiter, atque inviolabiliter observari, & adimpleri debere, nec ab illis ullo unquam tempore, quovis pretextu, occasione, vel causa, recedi, aut resili, eademque praesentes sub quibusvis similibus, aut dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus, & etiam per nos, & successores nostros Romanos Pontifices, pro tempore existentes, sedemque predictam sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibusvis Clausulis, & Decretis pro tempore factis minime comprehendi, vel confundi, sed semper, & perpetuo ab illis excipi, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, atque validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, & de novo etiam, sub quacumque posteriori data quodcumque eligenda concessas esse, & fore, ipsique Ordini B. Marie de Mercede suffragari.

§.4. Sicque, & non alias per quoscumque Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere-Legatos, Vice-Legatos, ac Sedis Apostolicae predictae Nuncios, judicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis Apostolicis, & in synodalibus, provincialibusque, & universalibus Conciliis editis specialibus, vel Generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Regularium Domorum, locorum, & Ordinum huiusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis illi, illiusque Superioribus, & personis in genere, vel in specie, ac aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis Clausulis, & Decretis, etiam iteratis vicibus quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas Generales idem importantes, mentio, seu quovis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, quod ipsarum presentium exemplis, seu transumptis, etiam impressis alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae sigillo, & Notarii publici manu obfirmatis stetur, eademque profusa fides in Judicio, & extra adhibeatur, quae eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXI. Julii MDCXC. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Philippus de Zamora frater expresse professus, & Procurator Provinciae Quitoensis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini in Sacra Theologiae praesentatus, quod cum in proximo preterito Capitulo Generali dicti Ordinis anno 1685, celebrato pro eadem Provinciae sanctum fuerit, ut ad illam omnia Decreta, quae pro ceteris Indiarum Occidentalium Provinciae dicti Ordinis edita fuerant extendenda essent; in eodem vero Capitulo Generali inter cetera pro Mexicana Provincia ejusdem Ordinis decretum fuerit, quod Senarius Magistrorum numerus usque ad duodenarium extenderetur, si tamen desuper hujus Sanctae Sedis facultas accederet, ipse Philippus Procurator plurimum expedire existimat, ut non obstan. quibusdam fel. rec. Clementis PP. VIII, praedecessoris nostri in simili forma Brevis literis super Senario in omnibus serie Indiarum Provinciae praefatis Magistrorum numero non excedendo emanatis, quae incipiunt, *Admonet nos &c.* duodenarius Magistrorum huiusmodi numerus pro dicta Provinciae Quitoensi a nobis statuatur, ita tamen, ut quo ad promovendos ad Magisterii gradum huiusmodi postulatio a Diffinitorio facienda indispensabiliter requiratur, ac quaedam Constitutio rec. mem. Innocentii PP. XI. praedecessoris pariter nostri, quae incipit, *In Suprema &c.* pro eadem Provincia die 17. Martii 1679. edita sub numeris 27., & 28. omnino servetur Nobis propterea dictus Philippus Procurator, etiam nomine dictae Provinciae humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.1. Nos igitur ipsum Philippum Procuratorem specialis favore gratiae prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, ut de cetero Senarius d. Provinciae Quitoensis Magistrorum numerus ad duodenarium augeatur, auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus, ita tamen, ut in reliquis ea omnia, quae in supradicta Innocentii praedecessoris Constitutione praescripta sunt, religiose, & exacte serventur, salva semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.2. Decernentes ipsas praesentes literas

Id Decretum fuerat in Capitulo Generali an. 1685.

Preces Procuratoris, & Provinciae.

Extensio dicta supra Inn. XI. Constitutionem facienda.

Clausula sem.

Preces diston-
Presbyterorū

ritatis opera exercere haecenus studuerint, illis- que in futurum quoque iuxta pium dictarum. Congregationum Institutum adjuvante Domino operam dare intendant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ipsos exponentes, ut ad pia, & sacra opera hujusmodi promptiores reddantur, uberoresque in Vinca Domini fructus incrementum dante Deo, proferre satagant specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, veris existentibus narratis, & quatenus dicta Congregatio Bracharen. alias canonice erecta, & instituta fuerit, erectionem, & institutionem, ipsius Congregationis Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus: Et nihilominus in Ecclesia dicta Congregationis unam praefatorum Presbyterorum, & Clericorum secularium in eam pro tempore recipi volentium Congregationem sub memorato titulo Beatae Mariae Virginis Assumptae ad instar supradictarum Congregationum. Oratorii Sancti Philippi Neri de Urbe, & Beatae Mariae Virginis Assumptae Ulyssiponen. Dummodo tamen iidem Presbyteri, & Clerici Ordinationes, & instituta dictarum Congregationum alias a rec. mem. Paulo PP. V. praedecessore pariter nostro, ac praefato Clemente praedecessore respective confirmata receperint, seu recipiant, & illa pro viribus observare intendant, sub Constitutionibus, siue statutis illorumque appendice praedictis, auctoritate, & tenore praefatis, itidem perpetuo erigimus, & instituiamus.

Confirmatio,
& Innovatio
d. Congr. gationis.

§.4. Ac modernis, & pro tempore existentibus Praeposito, & aliis Presbyteris ejusdem Congregationis sic de novo erectae, qui ab Ordinario appobati fuerint, ut confessiones quorumcumque ad eos accedentium quocumque anni tempore audire, illisque poenitentia debita pro modo culpa, & aliis, quae injungenda fuerint injunctis, & absolutionem impendere salutarem possint, & valeant. Sacerdotes vero, & Clerici in eadem Congregatione recepti, eorumque Ministri pro tempore quoque ibidem permanerint, Parochis, eorumque Jurisdictioni minime subiaceant, ipsique Sacerdotes sibi invicem, ac Clericis, & Ministris praefatis, etiam laicis quocumque Ecclesiastica Sacramenta, quovis, etiam Paschatis Resurrectionis Dominicæ, tempore, vice, & loco Parochi ministrare. Superiores autem ipsius Congregationis per praesentes erectae, per se, vel alium, seu alios ex ipsis jam approbatis suos subditos a censuris, non tamen in casibus Sedi Apostolicæ reservatis, neque in literis dicte Coenae Domini legi solitis contentis, absolvere, illisque debitam poenitentiam similiter injungere. Iidemque Superiores receptos inobedientes, & ipsius Congregationis Constitutionum, transgressores punire, & poenitentia pro modo culpa, servata tamen forma Ordinationum, &

Privilegia, &
Facultates.

inhibitionum hujusmodi afficere, & si sibi videbitur, cum consensu Majoris partis dictae Congregationis, culpabiles ejicere invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, libere, & licite similiter possint, & valeant dicta auctoritate harum serie concedimus, & indulgemus. Praeterea Presbyteris, & Clericis in eadem Congregationem pro tempore receptis, ne ipsa Congregatione, etiam ex justissima causa, nisi prius illam Superiori Congregationis hujusmodi pro tempore existenti manifestaverint, egredi audeant quovis modo, vel praesumant, sub excommunicationis latae sententiae poena per contrafacientes eo ipso incurrenda auctoritate, & tenore praedictis prohibemus, & interdicimus. Ac demum, quod praefata Congregatio perpetua sit, & esse intelligatur, praesertim quoad Missiones, subiecta omnimode Jurisdictioni Archiepiscopi Bracharen. pro tempore existentis, a quo nihilominus Ordinationes, & Instituta ipsius Congregationis immutari, aut alterari minime possint auctoritate praedicta eorumdem tenore praesentium pariter perpetuo statuimus, & ordinamus.

§.5. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter congerit attentari.

Clausula.

§.6. Ut autem Ecclesia Congregationis, sic erectae in majori veneratione habeatur, & a Christianis Congregationis frequententur honoribus, aliisque Presbyteri, & Clerici seculares ad ipsam Congregationem per praesentes erectam ingrediendam magis incitentur, omnibus, & singulis Presbyteris, & Clericis, qui eadem Congregationem de cetero ingredientur die primo eorumdem ingressus, si vere poenitentes, & confessi, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, plenariam; ac ipsis nunc, & pro tempore existentibus Presbyteris, & Clericis, aliisque conviventibus ejusdem Congregationis in eorum mortis articulo Nomen Jesu corde, si ore nequiverint, invocantibus, etiam plenariam: necnon tam illis, quam aliis utriusque sexus Christianis vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communionem refectis, qui ejusdem Congregationis per praesentes erectae Ecclesiam dicte festo Assumptionis Beatae Mariae Virginis immaculate a primis vespere usque ad occasum solis dierum hujusmodi devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haereseum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino etiam perpetuo concedimus, & elargimur: necnon tam Presbyteris, & aliis ejusdem Congregationis quoties pro exhortationibus habendis convenierint, quam aliis utriusque sexus Christianis ejusdem exhortationibus interessentibus, decem annos; & qui Ecclesiam dictae Congregationis in Purificationis, & Annunciationis, ac Nativitatis, & Con-

Indulgentia.

& Conceptionis Beatae Mariae Virginis immaculate festis diebus a primis vespere usque ad occasum solis festorum hujusmodi annis singulis devote visitaverint, & ut praefatur oraverint, septem annos, & totidem Quadragenas; eisdem vero Presbyteris, & aliis dictae Congregationis, quoties divinis Officiis in sua Ecclesia, vel Oratorio more ejusdem Congregationis celebrandis, aut congregationibus particularibus, vel privatis, & secretis pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, aut Infirmos consolati fuerint, vel Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, aut conscientiam suam antequam cubitum eant, examinauerint, seu flagellis ad carnem castigandam se afflixerint, vel quinquies orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam, tam pro Animabus Presbyterorum, & aliorum dictae Congregationis quam aliorum in Christi charitate Defunctorum, recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, vel ignorantes praecipua Dei, & ea quae ad salutem sunt docuerint, aut quocumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet praefatorum operum sexaginta dies de injunctis, vel alias quomodolibet debitis poenitentibus in forma Ecclesiae consueta relaxamus.

Universis Christianis fidelibus praesentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

COelestium munerum Thesauros, quorum dispensatores a Domino constituti sumus libenter illis elargimur, quos pro sua in Deum, & Proximos charitate, ac Catholica Religione zelo animarum saluti procurandae omni studio incumbere intelligimus, ac eorum vota favoribus prosequimur opportunis, prout in eodem Domino conspiciamus expedire.

Exordium.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus Edmundus lollis Superior Generalis Congregationis Missionis Nobis nuper exponi fecit, ipse Presbyteros, & alios dictae Congregationis in diversas Christianae Republicae Provincias ad Christianis fidelium salutem procurandam, juxta dictae Congregationis Institutum, mittere consueverit, & nonnulli Presbyteri, seu Clerici in Civitate Parisiensi Congregationi praefatae aggregati reperiantur, quorum director perpetuus est superior ejusdem Congregationis, quique una cum Presbyteris ipsius Congregationis ad Missiones proficiscuntur & aliquando seorsim Missiones hujusmodi magno cum fructu exercent: Nos eorumdem mittendorum pietatem, & operam, eorumque ad quos illi mittuntur religionem, & devotionem spiritualibus gratis confovere, atque augere cupientes praedicti Edmundi superioris Generalis praecipuis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, praefatis Presbyteris dictae Congregationis, nec non aliis Presbyteris in Civitate Parisiensi eadem Congregationi aggregatis, ut praefatur, qui cum deputatione, seu consensu superioris dictae Congregationis eorum Directoris, Missionibus operam dederint, ad audiendas Christianis fidelium Confessiones ab ordinariis locorum approbatis, facultatem absolventium quocumque Christianis fidelibus, eorum Confessionibus diligenter auditis, a quibuscumque peccatis, delictis, & excessibus, etiam in casibus Sedi Apostolicae reservatis in foro conscientiae tantum, exceptis tamen casibus contentis in literis die Coenae Domini legi solitis, ac solummodo in locis, ad quae iidem Presbyteri per Ordinarios fuerint ad exercendas Missiones specialiter evocati, & ubi non erunt Missionarii Congregationis venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandae fidei praepositorum, ac injuncta pro modo culpe poenitentia salutari, aliisque, quae fuerint injungenda, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus.

Causa d. C.6
cessionis.

Preces & pe-
rioris Gen.

Concessio praefatae facultatis.

§.7. Non obstantibus quatenus opus sit Regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Apostolicis, ac in Universis, & synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Sep. MDCXC., Pontificatus nostri Anno Primo.

XXVI.

Dat. 5. Oct.
1690. An. 2.

Conceditur Presbyteris Congregationis Missionis, aliisque ei aggregatis facultas absolventium a casibus reservatis, & Indulg. plen.

Extat quaedam facultas concessa superiori Gen. ab Inn. XI. Const. ed. 1679., Jun. 5., P. 3. Alex. VIII., Const. ed. 1690., Sep. 13., P. 1. habes facultates Presbyterorum B. M. V. Assumptae, & Inn. XII. Const. ed. 1699., Mar. 21., P. VIII. confirmantur Constitutiones Presbyterorum Missionis.

§.2. Praeterea de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis presbyteris, tam dictae Congregationis, quam illi aggregatis praedictis, & aliis mittendis ubi tamen non erunt Missionarii supradictae Congregationis de Propaganda fide, & aliis utriusque sexus Christianis fidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, nostram, & Apostolicam benedictionem per praesentes impertimus, nec non eisdem vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communionem refectis, qui pro sanctae Romanae Ecclesiae praedictae exaltatione, Principum Christianorum unione, Infidelium conversione, haereseum extirpatione, prout

Indulgentia in actu Missionis, pro unica vice, & ad sepe-penitium.

gibus quoque etiam Imperialibus, & Municipali-
bus, necnon quibusvis etiam juramento, con-
firmatione Apostolica, seu quavis firmitate alia
roboratis statutis, & consuetudinibus, privile-
giis quoque, indultis, concessionibus, & literis
Apostolicis quibuscumque locis, & personis, etiam
regali, & alia quavis five Ecclesiastica, five
mundana dignitate fulgentibus, & alias quomo-
dolibet qualificatis, & specialem expressionem
requerentibus, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam de-
rogatoriis derogatoriis, aliisque efficaciori-
bus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis
Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis,
plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias
quomodolibet in contrarium premisorum con-
cessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & qua-
rumcumque vicibus approbatis, confirmatis, &
innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si
pro illorum sufficienti derogatione de illis, eo-
rumque totis tenoribus specialis, & specifica, in-
dividua, & expressa, ac de verbo ad verbum,
non autem per clausulas generales idem impor-
tantes, mentio, seu quavis alia expressio facien-
da, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret,
tenores hujusmodi formas, & occasiones presen-
tibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, ac
servatis respective habentes, illis alias in suo robo-
re permanentibus, ad premisorum effectum specia-
liter, & expresse derogamus, ac derogatum esse
volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.2. Volumus autem, ut earumdem presen-
tium literarum transumptis, seu exemplis
manu alicujus Notarii publici subscriptis, & si-
gillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae
munitis eadem prorsus fides ubique locorum, &
gentium in iudicio, & extra habeatur, quae ha-
beretur ipsis presentibus, si forent exhibita, vel
ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem,
sub Annulo Piscatoris die IV. Augusti MDCXC.
Pontificatus nostri Anno Primo.

XXIII.

Prohibetur, ne augeantur, vel diminuantur sine
S. Sedis licentia onera solvi solita arario Ho-
spitalis sancti Joan. Hierosolymitani.

Concessa fuit facultas recipiendi nonnullas Magno
Magistro ab Inn. XI. Const. ed. 1686, Jan. 25,
P. 10. Et ab Inn. XII. edita fuere nonnullae Or-
dinationes contra frequentem receptionem ad habi-
tum Const. ed. 1697, Miji 11. P. 7.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut accepimus quamplurimae, & sane
gravissimae expensae, quas Hospitale Sancti
Joannis Hierosolymitani, juxta laudabilia ipsius
instituta, tam pro assiduis Hospitalitatis officiis
in proximis exercendis, quam pro diuturnis ad
Catholicae Fidei defensionem, & propagationem,
adversus Christiani nominis hostes gerendis bellis
sustinere cogitur, certos ejusdem Hospitalis red-
ditus in contributionibus, responsionibus, aliisque
quovis nomine nuncupatis operibus per Priores,
Bajulivos, ac Praeceptores, seu Commendatarios

Causa Consti-
tutionis.

dicti Hospitalis communi arario ipsius Hospitalis
solvi consuetis, ac dudum super Prioratibus, Ba-
julivatus, & Praeceptoris, seu Commendis Ho-
spitalis praefati vigore statutorum, seu stabili-
mentorum, ac Ordinum Capitularium ejusdem
Hospitalis auctoritate Apostolica confirmator.,
seu alias auctoritate praefata imposit. consisten-
tes, longe excedant: Nos ejusdem Hospitalis
indemnitati, ac simul ne majoribus oneribus
Priores Bajulivi, ac Praeceptores, seu Commen-
datarii praefati, his praesertim calamitosis tem-
poribus praeveniantur, quantum cum Domino
possumus providere volentes, motu proprio, &
ex certa scientia, ac matura deliberatione no-
stris, deque Apostolica potestatis plenitudine,
ne de cetero Magnus Magister, ac Conventus
Fratres, Consilium, Capitulum Generale, &
alia Tribunalia quaecumque, aliave qualibet qua-
vis praeminentia, & potestate fungentes, persona
Hospitalis praefati sub quovis qualiter colore, cau-
sa, vel pretexta absque nostra, seu Romani Pon-
tificis pro tempore existentis licentia, Constitutio-
nes, responsiones, aliaque onera praefata super
Prioratibus, Bajulivatus, Praeceptoris, seu
Commendis, & aliis quibuscumque beneficiis
Hospitalis praedicti, ut praesertim imposita, au-
gere, vel diminuire, seu ut augeantur, seu di-
minuantur permittere, aut consentire audeant,
seu praesumant sub excommunicationis latae sen-
tentiae poena per contrascentes eo ipso absque
alia declaratione incurrenda, tenore praesentium
interdicimus, & prohibemus. Praeterea, quod
de cetero contributiones, responsiones, aliaque
onera praedicta communi arario dicti Hospitalis,
prout haecenus observatum fuit, omnino solvi
debeant, earumdem tenore praesentium statui-
mus, & ordinamus.

§.1. Mandantes propterea dilectis filiis Mag-
no Magistro, & Consilio dicti Hospitalis, om-
nibusque aliis, ad quos spectat, & pro tempore
spectabit, ut easdem praesentes literas in Can-
cellaria ejusdem Hospitalis recipiant, & admit-
tant, ac registrent, recipiant, & admitti, ac
registrari curent, & faciant.

§.2. Ac decernentes ipsas praesentes literas,
& in eis contenta quaecumque de subreptionis,
vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu noxae,
aut Sedis Apostolicae intentionis, vel quocumque
alio defectu notari, redargui, impugnari, in Jus,
vel controversiam revocari, aut adversus illas
quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium
impetrari minime posse.

§.3. Sicque ab omnibus censeri, & per quos-
cumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam
causarum Palatii Apostolici Auditores, ac qua-
cumque dicti Hospitalis Tribunalia, necnon,
S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dic-
taeque Sedis Nuntios, & quovis alios quacumque
auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cui-
libet quavis aliter iudicandi, & interpretandi fa-
cultate, & auctoritate iudicari, & definiri debe-
re; ac irritum, & inane si secus super his a quo-
cumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter
contigerit attentari; salva tamen eisdem Magno
Magistro, & Consilio facultate in casibus particu-
laribus, prout equitas, & justitia exegerint,
& dummodo trium saltem ex quatuor partibus
ipsius Consilii per secreta suffragia praestandus ad
id accedat assensus, providendi.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, &
Or-

Prohibitio
praedicta mo-
tu proprio fa-
cta sub exco-
municationis
poena.

Confirmatio
praesentium
literarum.

Clausula.

Excipiunt
causae particu-
lares.

Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Hospi-
talis, etiam Juramento, confirmatione Aposto-
lica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,
& consuetudinibus, stabilimentis usibus, & natu-
ris, ac ordinationibus Capitularibus; privilegiis
quoque, Indultis, & literis Apostolicis eidem
Hospitali, illiusque Magno Magistro, & Con-
ventui, Fratribus, & personis quibuslibet sub
quibuscumque verborum tenoribus, & formis
ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogato-
riis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, &
insolis clausulis, & Decretis, etiam motu, scientia,
ac potestatis plenitudine paribus, & alias
quomodolibet in contrarium premisorum con-
cessis, ac pluries, & quantiscumque vicibus con-
firmatis, approbatis, iteratis, & innovatis. Quibus
omnibus, & singulis, etiam si pro illorum suffi-
cienti derogatione, de illis, eorumque totis te-
noribus specialis, specifica, expressa, & indivi-
dua, non autem per clausulas generales idem
importantes mentio, seu quavis alia expressio
habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc
servanda foret tenores hujusmodi praesentibus pro
plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad
verbum insertis habentes, illis alias in suo robo-
re permanentibus, ad premisorum effectum hac
vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
ac derogatum esse volumus, ceterisque contra-
riis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem,
sub Annulo Piscatoris die V. Augusti MDCXC.,
Pontif. nostri Anno Primo.

XXIV.

Confirmatur, innovatur, declaratur, & amplia-
tur Constitutio Pii V. circa delationem ar-
morum.

Dicta Constitutio Pii V. ed. fuit 1572, Feb. 12, P. 7,
Qua extensa fuit Pii IV. Constitut. edita 1562,
Mar. 6, P. 3.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perp. rei memoriam.

Exordium.

ET si cuncta, quae ex circumspicua Romano-
rum Pontificum praedecessorum Nostrorum
providentia processerant, debita executionis de-
mandanda esse censuimus, sollicitudini peculiari
quadam ratione convenire existimamus, ut ea,
quae ad perniciosas committendorum homicidio-
rum occasiones submovendas provide, pruden-
terque constituta esse noscuntur, Apostolici mu-
nimis nostri patrocinio constabiliamus, ac qua-
tenus opus sit innovemus, illaque extendamus,
& declaremus, ac alias desuper disponamus,
prout in Domino conspiciamus salubriter ex-
pedire.

§.1. Dudum siquidem fel. rec. Pius Papa IV.
praedecessor noster cum experientia compertum
habuisset ex homicidiis hujusmodi quamplura
ex illis tormentulis igneis archibusque vulgariter
nuncupatis (quae occulte deferri possunt, & ad
necem inferendam aptiora, & fere inevitabilia
esse videntur) in dies committi, & perpetrari,
nec eatenus ob proclamata etiam sub gravissimis

Summa Con-
stitutionis Pii
IV. contra
gestantes ar-
chibusque,
brevioris me-
sure 2. pal-
morum.

poenis a Receptoribus Provinciarum, & Terrarum
Nobis tunc sibi, & S.R.E. subiectarum ab illis de-
ferendis ob Sicariorum copiam, & audaciam,
cessari, & abstineri, quinimo passim, & indistin-
cte non secus, ac caetera arma minus prohibita
ab omnibus fere gestari, proditorum, & abo-
minabile, ac detestandum armorum genus hu-
jusmodi penitus, & omnino destruere, ac ab Alma
Urbe, aliisque Terris Nostris tunc suis praedi-
ctis in totum eliminare volens per quoddam
suas Anno Incarnationis Dominicae millesimo
quingentesimo sexagesimo secundo Pridie Nonas
Martii Pontificatus sui Anno Tertio expeditas Li-
teras perpetuo sancivit nemini casuscumque esse
Dignitatis, gradus, Ordinis, conditionis, aut
praeminentiae licere genus armorum hujusmo-
di, quod brevioris duorum palmorum mensura
existeret, publice, vel occulte tam per Urbem,
Civitates, & Loca praedicta, quam etiam in iti-
neribus quoquo modo, aut quovis etiam militiae
aut executionis iustitiae pretextu deferre, mi-
nusque in Domibus, aut alibi retinere, vendere,
emere, aut permutationis, in solum dationis,
pignoris, vel quocumque alio titulo recipere,
quinimo quicumque illa habuissent, intra certum
in eisdem Literis praefixum terminum in eadem
Urbe illius Gubernatori: in aliis vero Locis praedi-
ctis Reptori, vel Praefidi, aut etiam Guberna-
tori, seu cuivis alii Superiori loci, in quo ea ha-
bentes fuissent denuntiare, & ad eum perferre,
seu perferri facere, ac penes ipsum in loco ad id
deputando servanda dimittere tenerentur. Qui
vero contra fecissent, dictumque genus armorum
dicto termino elapso retinissent crimen
laese Majestatis, & rebellionis, ac poenas pro illo
a jure inflictas eo ipso incuterent. Et subinde
recol. mem. Pius Papa V. etiam praedecessor No-
ster vestigiis ejusdem Pii IV. praedecessoris inhæ-
rens, necnon attendens, quod eadem ratio mi-
litabat etiam in aliis armis, veluti pugionibus,
& aliis armorum generibus, quae occulte deferri
possunt, & cupiens quod metu ejusdem poenae a
similium armorum delatione, & eorum usu qui-
libet abstineret, Motu suo proprio praefata
Pii IV. praedecessoris Constitutioni addens per-
petuo pariter sancivit nemini casuscumque Di-
gnitatis, gradus, Ordinis, conditionis, & pra-
eminentiae existeret licere pugiones, cultellos,
nec aliud quodvis genus armorum brevioris
mensurae trium palmorum (exceptis tamen
cultellis aptis ad incidendum panem, qui tamen
esse non possent majoris longitudinis unius pal-
mi, & sine cuspidem, & ut vulgo dicitur spuntati)
in Urbe, Civitatibus, & Locis status Nostris tunc
sui Ecclesiastici praefatis, & suburbiis quovis mo-
do, aut etiam quovis militiae, aut executionis
iustitiae pretextu deferre. Qui vero contrafecis-
sent, dictumque genus armorum detulissent,
poenas in praedicta Pii IV. praedecessoris Consti-
tutione expressas incurrerent, inlibendo praeter-
ea omnibus, & singulis etiam de Latere-Lega-
tis, ne sub indignationis suae, & quibuscumque
Vice-Legatis, Gubernatoribus, Receptoribus,
Praesidentibus, ac aliis Ministris, & Sedis Apo-
stolicae, ac Civitatum, & Terrarum praefatarum
Officialibus, ne sub suspensionis a Divinis, ac
excommunicationis latae sententiae, aliisque ar-
bitrio suo poenis cuiquam tale genus armorum
sub quovis colore deferre deferendi licentiam,
& facultatem ad quodcumque etiam brevissi-

Item Consti-
tutionis Pii V
contra gestan-
tes arma bre-
vioris mensu-
rae trium pal-
morum.

mum tempus concedere audent, vel praesumerent, decernentes nihilominus licentias, & facultates sic concedendas nullas penitus, & invalidas existere, ac illis non obstantibus eos, qui sub illarum clypeo dictum genus armorum detulissent poenam praefatam omnino incursum, & alias prout in ipsius Pii V. praedecessoris desuper Pridie Idus Februarii Pontificatus sui Anno septimo emanatis Literis, quarum, & praefatarum Pii IV. Praedecessoris Literarum, tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Causae hujus Constitutionis.

§.2. Cum autem non sine animi Nostri dolore accepimus eo quia Justitiae Ministri eadem diligentia, qua supradicta Pii IV. praedecessoris Constitutio exacte haecenus observata, & executioni demandata fuit, executioni pariter, & observantiae alterius Pii V. etiam Praedecessoris Constitutionis supradictae similiter invigilare neglexerunt, tamen eiusdem observantia in omnibus a Congregatione pro tempore existentium S.R.E. Cardinalium consultationibus negotiorum Ditionis temporalis ejusdem S. R. E. praepositorum, necnon a pro tempore pariter existentibus dictae Urbis Gubernatoribus emanatis Generalibus Bannimentis demandetur quamplura homicidia praefatis brevioribus armis, quae insidiosae celantur, talique celeritate ut eorum ictus pene inevitabiles sicut impugnantur facillime, & frequenter perpetrari soleant: hinc est, quod nos quieti, & tranquillitati Nostrorum, & ejusdem Sedis in temporalibus subditorum consulere, ac malis hujusmodi, & occationi homicidiorum, praefatarum, quae animarum saluti, ac Reipublicae bono adeo sunt perniciose occurrere, ac alias in praemissis quantum in Domino possumus providere volentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque Apostolica potestatis plenitudine Constitutionem per praefatum Pium V. praedecessorem desuper, ut praefertur, editam, omniaque, & singula in ea contenta, & expressa perpetuo approbamus, confirmamus, & quatenus opus sit innovamus, eaque inviolabiliter inconcusse, & perpetuo servari, & exequi volumus, & mandamus.

Confirmatio, & Innovatio Constitutionis Pii V. motu proprio facta.

Interdictum delatio dd. armorum omnibus, & in toto Statu Ecclesiastico sub poenis laesae Majestatis, & rebellious.

§.3. Et insuper decernimus, & sancimus nemini cujuscumque Dignitatis, status, gradus, Ordinis, conditionis, & praeminentiae, etiam speciali mentione, seu nota digno, licere in Urbe praefata, ejusque Districtu, & in toto Statu Ecclesiastico Nobis, & dictae Sedi tam immediate, quam mediate subiecto comprehensis, etiam quatuor Legationibus, ac Civitatibus Bononien., Ferrarien., Beneventana, aliisque Civitatibus, Terris, & Locis etiam specialem, & individuum expressionem, ac nominationem, requirementibus, pugiones, cultellos, & parvas ficas, seu eos, qui vulgo nuncupantur *Stortini*, ac aliud quodvis genus armorum brevioris mensurae trium palmorum mensurae vulgariter *denominatae canne Romanae* ad usum Mercatoris sub poenis laesae Majestatis, & rebellious irremissibiliter exequendis (exceptis dumtaxat cultellis aptis ad incidendum panem, qui tamen majoris longitudinis unius palmi esse non possunt, sintque sine cuspidibus, & ut vulgo dicitur *spuntati*, necnon aliis Instrumentis ad usum propriae artis, quam quilibet exerceret necessarius, & in actu exercitii ejusdem artis, & non alias deferre.

§.4. Ad haec hujusmodi genus armorum, quae sunt propria Sicariorum, & apta ad committenda delicta nullo umquam tempore Republicae deservire posse considerantes sub iisdem poenis illorum retentionem Domi, in Apothecis, & alibi introductionem in dictum statum Ecclesiasticum, fabricationem, venditionem, permutationem, in solutum, vel in pignus dationem, seu receptionem, & quodcumque aliud genus contractus prohibemus volentes, & mandantes quod quicumque in Urbe, & Districtu praefatis, etiam in Locis Baronalibus commorantes intra viginti dierum spatium a die publicationis praesentis Constitutionis in infra scriptis locis faciendae computandum ad Tribunal praefatae Urbis Gubernatoris; in aliis vero Locis totius status Nostri Ecclesiastici, etiam mediati intra triginta dierum spatium a die publicationis supradictae computandum ad Legatos, & Gubernatores Superiores in Provincia non recognoscentes eadem arma deferre teneantur, ut statim frangantur, & fracta subinde ad Dominorum beneplacitum restituantur.

Item eorum retentio sub iisdem poenis.

§.5. Considerantes propterea quantum Sacris Canonibus ad veretur, noceatque disciplinae Ecclesiasticae, quod Clerici, quorum arma sunt lacrymae, & orationes hujusmodi arma deferant, declaramus, & quatenus opus sit decernimus, sub praesenti, ac supradictis Pii IV., ac Pii V., praedecessorum Constitutionibus tam Clericos, quam alios omnes, & singulas personas Ecclesiasticas, etiam quomodolibet exemptas tam Saeculares, quam cujusvis Ord., Congregationis, Societatis, & Instituti etiam de necessitate specialiter exprimentis, necnon militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani regulares, vel alias immunitate personali quomodolibet fruentes, & gaudentes comprehendendi, mandantes propterea, & maxime praecipientes Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, ac respectu Regularium pro delatione tamen, seu retentione delictorum intra Claustra delinquentium eorum Superioribus Regularibus ibidem quatenus praemissa omnia exequi curent, & faciant, & contra transgressores ad majorem poenam, quam Tribunal Ecclesiasticum pro quocumque graviore, & atroci delicto imponat, seu imponere valeat irremissibiliter procedant.

Declaratio, & Ampliatio. Eadem interdicuntur Ecclesiasticis sub maxima poena.

§.6. Declarantes, & Mandantes, quod ad sese eximendum a poenis praefatis allegari non suffragabitur non constare de dolo, vel mala contravenientium qualitate, nec relevabunt, seu proderunt familiaritates, Literae patentes, Inhibitiones, & licentiae concessae, & concedendae, seu Privilegia cujuslibet Congregationis, Iudicis, & Tribunalis, etiam Supremi, ac Officialium Ministrorum, & Exequutorum Justitiae in quocumque actu, & servitio nullo prorsus excepto, necnon cujuscumque Militiae, etiam illius, quae nuncupantur *di leva*, seu alterius nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis actuali servitio destinatae, Castellanos, Gubernatorum armorum, aliorumque Officialium majorum, ac quocumque militari munere, etiam Supremo fungentium, Almae Domus Lauretanae, necnon cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, seu Instituti, vel Militiarum, quarum cumque, etiam Hospitalis Sancti Joannis

Contravenientibus nihil suffragari poterit.

nis Hierosolymitani, & quarumvis personarum, etiam eminenti statu constitutarum, & alia quavis sive Ecclesiastica, sive mundana dignitate fulgentium, & alias quomodolibet qualificatarum, facultatis Cameralis, ac Ministerii, seu Ministrorum, etiam principalium Camerae Nostrae Apostolicae, tamen praedicti, vel aliqui ex eis essent speciali nota, seu expressione digni, nullumque personis privilegiatis, & privilegiatissimis exceptis.

Executio, & Inquisitio in contravenientibus.

§.7. Volentes praemissis non obstantibus ad executionem praefatarum poenarum irremissibiliter contra omnes, & singulos contravenientes esse omnino deveniendum, & tum ad sibi Nostri instantiam, quam ex officio, & per Inquisitionem, ac omni alio meliori modo posse procedi.

Clausula.

§.8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, assertis consuetudinibus Apostolicis, quas si quae forent per praesentes improbarum, nullaque, & invalidas esse declaramus: privilegia quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum praesentium, illisque aliis in suo robore permanens hac vice dumtaxat harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque; volentes quod in aliis, quam praemissis privilegiatis, seu habentes Literas patentes omnibus aliis exemptionibus, & privilegiis legitime competentibus perfruatur, ea tamen conditione, quod realiter, & cum effectu registrari curaverint, vel curent in Cancellariis Legatorum, & Gubernatorum, privilegia, Literas patentes, & titulos exemptionis ad formam & tenorem Edictorum de mandato Romanorum Pontificum Nostrorum Praedecessorum & signanter praemem. Clementis X. sub Datum die vigesima octava Julii Anno Domini 1674., & Innocentii XI. sub datum die septima Novembris Anno 1676. publicatorum, quae exacte observari, suumque plenum effectum habere, ac si hic de verbo ad verbum inserta existerent, ordinamus.

§.9. Volumus autem, quod lapsis decem, respectu dictae Nostrae Urbis, & viginti diebus respectu totius praefati Nostri Status Ecclesiastici postquam praesentes Valvis Ecclesiae Lateranensis & Basilicae Principis Apostolorum ejusdem Urbis, & in Acie Campi Florae per aliquem ex Nostri Curatoribus affixa & publicata fuerint, omnes, & singulos tam in Urbe, quam in statu praefatis existentes perinde obligent, & ardeant, ac si unicuique eorum personaliter, & nominatim intimatae fuissent. Quodque earum transumptis, etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & alicujus sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides, in Judicio, & extra adhibeatur, quae

eisdem praesentibus, si exhibitae, vel ostensaessent, adhiberetur.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostram confirmationis, innovationis, voluntatis, mandati, Decreti, sanctionis, extensionis, prohibitionis, declarationis, & derogationis infringere, seu ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae Millesimo sexcentesimo Nonagesimo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno Primo.

XXV.

Confirmatur, & innovatur creatio Congregationis Presbyterorum Saecularium B. M. Assumptae Bracharen., eique Privilegia, & Indulgentiae conceduntur.

Die 13. Sept. 1650. Au. 1.

Similis Congregatio in Civitate Portugallien. confirmata fuit ab Inn. XI. Const. 1683. Maji 20. P. 7., & ab hoc Pontifice Const. ed. 1690. Octobris 5. P. 1. concessa fuit quadam facultas Presbyt. Missionis.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Pastoralis dignitatis fastigium meritis licet imparibus ineffabili divinae bonitatis abundantia evecti, divini cultus, & animarum salutis incremento, ac fidei Catholicae propagationi quantum Nobis ex alto conceditur, intendimus, & propterea Clericorum Congregationes id operari cupientes propensius studiis promovemus, & instituis, favoribusque, & gratiis prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Presbyteri saeculares Congregationis sub titulo Beatae Mariae Virginis Assumptae in Civitate Bracharen. Ordinariae auctoritate canonice (ut asseritur) erectae, quod alias tupe existens Archiepiscopus Bracharen. eandem Congregationem in dicta Civitate pro Presbyteris saecularibus qui sub clausura voluntaria absque votorum obligatione propria, alienaque saluti studere, Missionibus, & verbi Dei predicationi operam dare, ac Sacramentales Christifidelium confessiones audire, aliqua pietatis, & Christianae charitatis opera exercere deberent ad instar Congregationum Oratorii Sancti Philippi Neri in Ecclesia Sanctorum Mariae in Vallicella, & Gregorii de Urbe dudum auctoritate Apostolica erectae, & Beatae Mariae Virginis Assumptae Ulyssiponen. a fel. rec. Clemente PP. X. praedecessore nostro per quassam suas in simili forma Brevis die 6. Maji 1671. expeditas literas confirmatae sub Constitutionibus, sive statutis particularibus pro eadem Congregatione Ulyssiponen. editis, & a praefato Clemente praedecessore per alias pariter in forma Brevis die 24. Augusti 1672. emanatas literas approbatis, illorumque appendice erexit, & instituit.

Executio dictae Congregationis ad instar illarum S. Philippi Neri, & B.M. Assumptae Ulyssiponen.

§.2. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat dicti exponentes praefata pietatis, & charitatis

semper firmas, validas, & efficaces existere, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præfatis, aliisque quibuscumque literis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon præfatorum Ordinibus, & Provinciæ Quiten. etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliorum, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem præfatus fides tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsi præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pisc. die XXXI. Julii MDCXC. Pontif. Nostri Anno Primo.

XXI.

Conceduntur Privilegia Capellanis Communibus Sanctitatis Suae.

Hæc similes sunt Const. Inn. XI. ed. 1680, Mar. 13, P. 4. Et Inn. XII. ed. 1693, Dec. 4, P. 2.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Grata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Joachinus Tenaccolus Presbyter Civitatis Castellæ Canonicus Collegiæ Ecclesiæ Sancti Nicolai in Carcere Tulliano de Urbe, ac Carolus Emidius Ridolphus Afculan. Hieronymus Novariensis respectivo Civitatum, vel Diocesium, Joannes Dominicus Cozzardus Romanus, & Bernardinus Brusetti Venetus Presbyteri Moderni Capellæ nostræ Pontificiæ Capellani, familiares nostri Nobis, & Apostolicæ Sedi hæcenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, necnon vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum Testimonis juvari percepimus, Nos inducunt, ut illis reddamus ad gratiam liberales.

Hinc est (quæ sequuntur vide in laudatis Constitut. omnibus.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem.

Dat. 2. Aug. 1690. An. 1.

sub Annulo Pisc. die II. Aug. MDCXC. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXII.

Declarantur nulla Extensio Regaliæ, quatuor propositiones, & reliqua peracta a Clero Gallicano in, & extra Comitibus an. 1682.

Dat. 4. Aug. 1690. An. 1.

Declarata fuere nulla acta Consilii Regii Castellæ ab Inn. XI. Const. ed. 1678, Nov. 28., P. 3. Et nullum editum Prætoris Cremonen. ab Inn. XII. Const. ed. 1693, Sep. 1., P. 2.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter multiplices Pastoralis Officii Nostri Curas, quibus jugiter premimur, in illam peculiari studio incumbimus, ut Apostolicæ Sedis, ac universali Ecclesiæ, nec non etiam singularum Ecclesiarum Jura ubique facta testata, ac illibata tueri, & conservare, eaque adversus quæcumque per quæ illis aliquid detrimenti inferri potest, tradita Nobis divinitus potestate vindicata satagamus, sicut omnibus mature, ac debite pensatis Justitiæ, ac rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

§.1. Cum itaque ex quo primum humilitatem nostram inscrutabili Divina suæ providentiæ arcano in suprema Militantibus Ecclesiæ specula collocavit Altissimus, præ ceteris, quæ Pontificiæ Nostre sollicitudini sese obtulere, negotiis, illa in primis gravissima, ac Nobis qui charissimum, in Christo Filium Nostrium Ludovicum Francorum Regem Christianissimum, & florentissimum illius Regnum in visceribus gerimus charitatis, permolesta, & plane acerba acciderint, quæ sive adversus dicti Regni Ecclesiarum Jura, sive adversus Romani Pontificis, & Ecclesiæ universæ auctoritatem nonnulli venerabiles fratres Archiepiscopi, Episcopi & alii ejusdem Regni Ecclesiastici Viri in Comitibus Cleri Gallicani Parisiis anno 1681 congregati, tum præfatis inibi per eos extensioni illius Juri, quod vocant Regaliæ, ad omnes dicti Regni Ecclesias assensu, tum edita subinde de potestate Ecclesiastica quatuor propositiones continente declaratione, peregrerunt, quæque ipsa Comitibus subsecuta fuerunt mandata, arresta, confirmationes, declarationes, Epistolæ, edicta, & Decreta quæcumque a quibusvis personis, sive Ecclesiasticis, sive laicis quavis auctoritate, & potestate fungentibus edita, seu publicata, nec non quæ alias demum nonnullis ab hinc annis in regno præfato eidem Sedi Apostolicæ, Romanæque Ecclesiæ, seu quibuscumque aliis Ecclesiis, Monasteriis, & locis piis, illorumque respective personis, rebus, bonis, & juribus, seu alias jurisdictioni, vel Immunitati, aut libertati Ecclesiasticæ quomodolibet præjudicialia quovis modo peracta, ac gesta fuerunt: Hæc Nos, qui Jurium Ecclesiasticorum assertores in Terris a Domino constituti sumus, dies, noctesque in amaritudine Animæ nostræ cogitantes, manus nostras cum lacrymis, & suspensis levavimus ad Dominum, cumque toto cordis affectu rogamus, ut Nobis potenti gratiæ suæ auxilio adesset quo ardua hac in re commissa Nobis Apostolici muneris partes salubriter exequi vale-

Procuriam.

Peracta in Comitibus, & extra.

Studia Pontificis pro Pace.

Causæ præfatis declarationibus.

Motu proprio nulla declarantur prædicta omnia.

valeremus; eaque consideratione adducti, ac ne supremo Judici rationem villicationis Nostre reddendi negligentia in credita Nobis administratione argueremur (quantum divina Bonitas dedit) nihil huc usque prætermisimus, quo præjudicialia præfata ab istmet, qui ea peregerant, ex animo retractarentur.

§.2. Verum, quo efficacius, ac uberius Sedis præfate, Ecclesiæ Universæ, Jurisdictionisque & Immunitatis, ac libertatis Ecclesiasticæ, Ecclesiarumque, Monasteriorum, & locorum piorum hujusmodi, illorumque personarum prædictarum Indemnitati perpetuis futuris temporibus consultum sit, auditis quamplurimis ex Venerabilibus fratribus Nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & nonnullorum in Sacra Theologia Magistrorum, ac etiam in Decretis Doctorum ad examen negotii hujusmodi a Nobis specialiter delectorum, qui illum mature discussurunt, remque totam Nobis exposuerunt, sententiam, quantum Nobis ex alto conceditur providere volentes, ac felic. record. Innocentii Pape XI. Prædecessoris Nostri, qui occasione rescribendi ad Literas, quibus Archiepiscopi, & alii Ecclesiastici Viri prædicti de rebus ab ipsis gestis certiorum eum reddiderant per quasdam in simili forma Brevis die 11. Aprilis 1682. expeditas Literas improbatum, rescidit, & cassavit, quæ in dictis Comitibus acta fuerant in negotio Regaliæ, cum omnibus inde secutis, & quæ subinde attentari contigisset, eaque perpetuo irrita, & inania declaravit, vestigiis inhaerentes, necnon in dictis Comitibus Anni 1682., tum circa extensionem Juris Regaliæ, quam circa declarationem de potestate Ecclesiastica hujusmodi actorum, ac etiam omnium, & singulorum Mandatorum, Arrestorum, confirmationum, Declarationum, Epistolarum, Edictorum, Decretorum quavis auctoritate, sive Ecclesiastica, sive etiam Laicali editorum, seu publicarum, nec non aliorum quomodolibet præjudicialium præfatorum in Regno supradicto quodcumque, & a quibusvis, ac ex quacumque causa, & quovis modo factorum, & gestorum, ac inde secutorum quorumcumque, etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem de necessitate requirentium tenores, & datas, etiam vires præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, & exactissime specificatis habentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula, quæ tam quoad extensionem Juris Regaliæ, quam quoad declarationem de potestate Ecclesiastica, ac quatuor in ea contentas propositiones in supradictis Comitibus Cleri Gallicani anno 1682. habitis, acta, & gesta fuerunt, cum omnibus, & singulis mandatis, Arrestis, Confirmationibus, Declarationibus, Epistolis, Edictis, Decretis a quibusvis personis sive Ecclesiasticis, sive Laicis quomodolibet qualificatis quavis auctoritate, & potestate, etiam individuum expressionem requirentem fungentibus editis, seu publicatis, nec non reliqua omnia quocumque, & quacumque eidem Sedi Apostolicæ, Romanæque Ecclesiæ, vel Jurisdictioni, immunitati, vel libertati Ecclesiasticæ, seu alias Ecclesiis, Monasteriis, illorumque respective personis, rebus, bonis, privilegiis prærogativis, & juribus quibuscumque quomodolibet præjudi-

cialia in dicto Regno peracta, & gesta, cum omnibus, & singulis quodcumque, & quomodocumque inde secutis, & quocumque tempore secuturis, ipso jure nulla, irrita, invalida, inania, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacua ab ipso initio fuisse, & esse, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum, seu cujuslibet eorum, etiam si juramento vallata sint, observantiam teneri, neque ex illis cuiquam aliquid jus, vel actionem, aut titulum etiam coloratum, vel possidendi, aut præscribendi causam, etiam si longissimi, & immemorabilis temporis possessio, etiam citra ullam interpellationem vel interruptionem subsecuta sit, vel subsequatur, acquisitum fuisse, nec esse, minisque ullo tempore acquiri, & competere, neque illa ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde ac si numquam emanassent, vel facta fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuo haberi, debere, tenore præsentium declaramus. Et nihilominus ad abundantiorum cautelam, ac quatenus opus sit acta, & gesta præfata, aliaque præmissa omnia Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus improbamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, & contra illa, deque eorum nullitate coram Deo protestamur.

§.3. Decernentes easdem præfatas Literas & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, etiam specificata, & individua mentione digni, illis non conferent, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cause propter quas, eadem præfates emanarint, sufficienter adducta, verificata, aut ullo modo justificata fuerint, aut ex alia quacumque causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium, vel habere prætendentium consensus, aliove quocumque, etiam quantumlibet magno, ac incogitato, inexcogitabile defectu, aut ex alio quovis capite a jure, vel facto, aut statuto, consuetudine, vel privilegio resultantem, notari, impugnari, invalidari, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci ullatenus posse: sed ipsas præfatas literas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari: sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Lateræ Legatos, & Sedis Apostolicæ præfate Nuncios, aliove quolibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & sancturos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, legibus

Clausula.

unicuique suggereret devotio pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem pro unica vice tantum, & in actu predicta missionis, auctoritate, & tenore predictis concedimus, & largimur. Hortantes Venerabiles Fratres Patriarchas, Primate, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiarum Praelatos, Rectores, ac verbi Dei Praedicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cum Populus frequentior fuerit, praesentes literas, & omnia in eis contenta publicent, & publicari ficiant, ac omne in eisdem Presbyteris, & aliis favorem, & auxilium in praemissis praestent. Praesentibus ad septennium tantum valituris.

Publicatio

Claufula

§.3. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici, seu dictae Congregationis Missionis Secretarii subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constituta, seu ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die V. Octobris MDCXC. Pontificatus nostri Anno Primo.

XXVII.

Confirmatur Decretum Card. Protectoris super controversiis de residentia Generalis, loco Capitulum, aliique inter Generalem, & quosdam Religiosos Ord. B. Joan. Dei Congregationis Hispaniae.

Par. Octob. 1690. An. 1.

Confirmata fuere Decreta ejusdem Capituli inter mediis ab Inn. XI. Constit. 1686, Aug. 17, P. 10. Et a Clem. XI. revocata Conventualitates Constit. ed. 1773, Maji 10, P. 3.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Deciso dis. Controversiarum commissa fuit Card. Protectori.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Moderati Superioris Generalis Congregationis Hispaniae Ordinis Beati Joannis Dei, ac Francisci Petrelli, & Francisci Alvarez de Azevedo fratrum expresse professorum Provincialium Castellae, & Portugalliae dictae Congregationis, Nobis expositum fuit, quod cum alias nonnullae controversiae inter eundem Superiorem Generalem ex una, ac dictos Franciscum de Pretell, & Franciscum Alvarez de Azevedo, tam proprio, quam procuratorio nomine dilectorum pariter filiorum Petri Fernandez de Ayllon, Hieronymi Bacherii, & aliorum Fratrum dictae Congregationis ex altera partibus de, & super loco Residentiae ejusdem Superioris Generalis, necnon convocacione, seu celebratione Capitulum Generalium, & intermediorum dictae Congregationis, ac privatione, seu suspensione supradicti Petri ab officio Secretariatus Congregationis praedictae, rebusque aliis latius in processu cause deductis exorta essent; nos negotium hujusmodi remisimus ad dilectum filium nostrum Gasparem S.R.E. Presbyterum Cardinalem Carpinum nuncupatum Ordinis praefati apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem, ut controversias praedictas jam pridem in Congregatione Ven-

Fratrum nostrorum ejusdem S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita vertentes decideret, & Regularium praeposita vertentes decideret, eisque debitum finem imponeret. Unde idem Gaspar Cardinalis, & Protector, cum pluries, & voce, & scriptis utramque partem coram se accersitam audivisset, visis subinde, & consideratis dicti Ordinis Constitutionibus, documentis publicis, topoque processu Cause, & causarum in partibus facto, aliisque omnibus necessariis, & opportunis mature perpensis, decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.1. Gaspar Tit. S. Mariae Translyberim Saule R.E. Presbyter Cardinalis Carpinus SS. N. D. N. Papae Vicarius Generalis, & Ordinis B. Joannis Dei apud Sanctam Sedem Protector. Cum Sanctissimus D. Noster Alexander PP. VIII, peculiari ejus rescripto coram Nobis exhibito dignatus fuerit arbitrio nostro benigne committere, ut controversias omnes jam pridem in Sacra Congregatione Eminentiorum, & Rmorum DD. Sanctae R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, vertent, inter Fratres Franciscum Petrell, & Franciscum Alvarez Azevedo Ord. B. Joannis Dei in Regnis Hispaniarum, tam nomine proprio, quam procuratorio Fratrum Petri Fernandez de Ayllon, Hieronymi Bacherii, & aliorum in supplici Libello SS. N. D. N. portico enunciatorum ex una, ac P. Fr. Emmanuelem de Errera Procuratorem Generalem dicti Ordinis Regni Hispaniarum in Romana Curia existentem, partibus ex altera de, & super residentia ejusdem P. Generalis convocacione, seu celebratione Capitulum Generalium, & intermediorum, necnon Inquisitione, & respective condemnatione supradicti P. Fr. Petri Fernandez de Ayllon ob causas, de quibus in Processu desuper confecto, & nobis exhibito, rebusque aliis coram Nobis latius deductis decideremus, ac debitum finem, hinc litibus, & controversiis imponeremus, Cumque ad haec peragenda, atque definienda pluries, & voce, & scriptis utramque partem coram Nobis accersitam audiverimus, & deinde visis, & consideratis Ordinis praedicti Constitutionibus, documentis publicis, totoque Processu cause, & causarum in Partibus facto, aliisque omnibus necessariis, & opportunis, visis videndis, & mature perpensis tandem ad omnium harum controversiarum terminationem vigore praesentis nostri Decreti distincte devenisse ut infra statuimus. Auctoritate igitur ab eodem SS. N. D. N. Nobis attributa volumus atque decernimus, ut in posterum tam P. Fr. Joannes de Cobaleda praesens Generalis, quam omnes, & singuli futuri, & pro tempore existentes Generales suam residentiam facere teneantur in Conventu, Domo, seu Hospitali designando in futuro proximo Capitulo Generali suo tempore celebrando, cujus arbitrio, atque declarationi, totalem hujus rei terminationem remittere intendimus, prout praesenti Decreto remittimus. Hortamur tamen, & in D. admonemus omnes, & singulos vocales, ad quos spectabit d. Capitulo interesse, ut circa hanc designationem loci, seu Conventus, & Hospitalis id statuatur quod pro bono pacis, ac Religionis utilitate, & incremento expediens esse censuerint, & interim pro eo tempore decurrendo usque ad primum Capitulum futurum Generale injungimus P. Fr. Joanni de Cobaleda

Decretum d. Cardinalis.

Species facti.

De residentia Generalis.

De loco celebrationis Capitulum.

moderno Generali, ut ipse una cum tota sua Curia residere teneatur in Conventu, vel Hospitali Matriti, prout ibi residere mandamus.

§.2. Item circa celebrationem Capitulum Generalium, & intermediorum pari nostro perpetuo valituro Decreto praecipimus in futurum servandas esse Constitutiones Ordinis in Capitulo 16., & 39. hoc est semper, & in perpetuum praedicta Capitula celebranda esse in loco, Conventu, seu Hospitali a Patre Generale Ordinis, ejusque Diffinitorio pro tempore existente designando, quavis asserta consuetudine in contrarium non obstante, prout etiam in Congregatione Episcoporum, & Regularium sub die 17. Martii 1689. resolutum fuit, Proindeque modo incipiendo a Capitulo intermedio, ut infra celebrando praesentis Decreti tenore, ac virtute Sanctae Obedientiae, & sub penis inferius exprimentis injungimus, & mandamus eidem P. Fr. Joanni de Cobaleda, ut nulla habita ratione alterius cujuscumque convocacionis, siye a se, siye ab aliis quacumque auctoritate, superioritate, & jurisdictione munitis forsan anno proximo elapso fact, quas tanquam pro non factis haberi, & nullius roboris, ac momenti esse volumus, atque mandamus, statim visis praesentibus se conferat ad Conventum, seu Hospitali in Civitatem Cordubae, ibique convocet omnes, & singulos Patres, seu Fratres, ex quibus Diffinitorium iuxta Constitutiones Ordinis componitur, ad effectum, ut ad tenorem dictarum Constitutionum ipse Pater Generalis cum suo Diffinitorio pro celebratione futuri Capituli intermedii determinet, seu assignet locum illum, siye Conventum, vel Hospitali, quod magis commodum, utile, aut necessarium pro rebus Religionis agendis, atque determinandis eidem Diffinitorio videbitur: quatenus vero vel temporis angustia, vel motus in Religione exorti, & difficultas ad aures nostras cum maximi animi nostri admiratione perventa non permitterent, ut d. Convocacio Diffinitorii in Conventu, vel Hospitali Cordubensi, ut supra peragi possit, tunc ad illos, seu illa sedanda prout decet, & nos omnino exoptamus, atque praecipimus pro hac vice d. proximum futurum Capitulum intermedium, celebretur in Conventu, seu Hospitali Matritensi, prout ibi, ac non alibi illud celebrari mandamus, ex hac tamen provisione non intendimus auctoritati, ac facultati d. P. Generali, & Diffinitorio competenti, nec in minimo quo ad hoc praedicti in posterum unquam, sed eam semper salvam, & intactam remanere, si vero dicti loci, Conventus, siye Hospitalis determinatio, vel designatio commode fieri valeat pariter eidem Patri Generali praecipimus, ut novas literas convocatorias pro celebratione d. Capituli intermedii quod sub die 3. Mensis Maji proxime futuri in loco, ut supra designando, vel in Conventu, siye Hospitali Matriten. quoties Diffinitorium, prout supra convocari nequeat, fieri mandamus, expediat, & sub penis arbitrio ejusdem Patris Generalis omnes, & singulos vocales, qui debent, & possunt commode interesse celebrationi hujus Capituli convocet, ut omnes debito tempore valeant in unum convenire.

De electione Officialium.

§.3. Sicut autem in istis Constitutionibus Ordinis Cap. 39. statuitur Electiones Provinciarum, Priorum, aliorumque Officialium faciendas esse in Capitulo intermedio, & ejus officium

per triennium durare, ac respective absolvere tempore Capituli Generalis, ita tamen committimus, & mandamus servandam esse pariter dispositionem Constitutionum, & ad earum praescriptum eligi novos Provinciales, Priores, & Officiales in hoc Capitulo intermedio celebrando, illorumque Provincialatus, Prioratus, & officia terminare debere in proximo Capitulo Generali, perinde ac si fuissent suo tempore electi: ita tamen ut ipsi Provinciales, Priores, & Officiales gaudent, & potiri debeant omnibus Juribus, praerogativis, & praerogativis, ac haberi, & reputari debere, ac si integro triennio Provincialatus, & officia exercuissent in eisque extitissent, etiam respectu intermediae vacationis de qua fit mentio in d. Capitulo 39. Constitutionum Ordinis.

De Vocalibus

§.4. Praeterea ad tollendas omnes dubiorum causas, atque occasiones declaramus omnes Priores, aliosque habentes vocem in Capitulo intermedio iuxta tenorem earundem Constitutionum in d. Cap. 39., & Cap. 25. interesse debere, ac vocem in antedicto proximo intermedio Capitulo habere, etiam si elapsum sit tempus triennale eorum Officii, & Capitulum intermedium tempore a Constitutionibus Ordinis praescripto celebratum non fuerit.

Abolutio Generalis a censuris, & poenis

§.5. Quoniam autem, ut praesertim P. Joannes de Cobaleda Generalis, fuit ex commissione Tribunalis nunciaturae publice excommunicatus, privatus voce activa, & passiva, & in alias poenas condemnatus, propterea ad omnem bonum finem, & cautelam, ipsum P. Generalem absolvendum fore, & esse duximus, prout praesentis Decreti tenore ad cautelam ab excommunicatione forsan incurfa ex supradictis facultatibus Nobis ut supra attributis absolvimus, & liberamus, atque itidem ab omnibus, & quibuscumque aliis poenis irrogatis, vel comminatis liberamus, & absolvent. fore, & esse, atque etiam a privatione vocis activae, & passivae, prout absolvimus, & liberamus, ac proinde eundem Patrem Generalem quatenus opus sit esse in pristinum restituendum, ipsumque continuare debere, seu manutenere, esse in dignitate, & munere Generalatus exercitio totali suae auctoritatis, & Jurisdictionis, necnon jure vocis activae, & passivae omnibus, & quibuscumque aliis praerogativis, & praerogativis, prout in pristinum quatenus opus sit restituimus, & manutenemus, ac amplius pro hac causa, seu occasione hujus causae non esse molestandum, prout amplius non molestari mandamus.

Reintegratio Patris Secretarii.

§.6. Quo vero ad P. Fr. Petrum Fernandez de Ayllon Secretarium Religionis, dicimus privationem, seu suspensionem ab officio Secretariatus a P. Generali, vel ejus Delegato demandatam, siye ab alio quocumque Iudice, etiam Tribunalis nunciaturae factam, ac similem privationem vocis activae, & passivae, necnon poenam relegacionis, & carceracionis, aliasque poenas de quibus in Sententia, seu processu non sustineri, & proinde dicimus, & declaramus, illas omnes, & singulas revocandas esse, prout revocamus, & abolemus. Procedentes tamen ex integro, & ex auctoritate Nobis demandata decernimus P. Fr. Petrum Fernandez, ex quo satis luit ob carceracionem, & diuturnam suspensionem ab ipso passam absolvendum, & liberandum esse, prout absolvimus, & liberamus, ac in Officio